

Academiae nostra efflorescit. Pfinzingo (d) & Gerbelio (e) jam prospectum est si mensam species domi meæ, si musæum domi matris meæ. Doctor Fridericus Puhenerus rediit. Utinam nobis quod pollicitus est præstet. Deus vos omnes servet. Dabantur Basileæ.

16. Maii 1586.

P. S. Doctor Adamus Henricopetrus (f) obiit, calculo & febre cum perpetua Syncope aliisque morbis confectus.

EPISTOLA XLXV.

Salve Vir clarissime & nobilis. Muffelius tertiana tentatus, ultra quartum paroxysmum non male habet. Debet id secundum Deum Doct. Bauchino (a) qui principiis obstitit.

(d) Epistola LX. Martinus vocatur.

(e) forsitan fuit filius aut affinis Nicolai Gerbelii celeberrimi Jcti, qui 1521. Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi N. T. Græcum edidit in 4.

(f) De hoc ipse Gryneus in Epistolis a Sculteto editis p. 164. hoc elogium scripsit : Fecit Respublica ja-
Euram non vulgarem, mortuo Archigrammateo,
D. A. Henricopetri, qui ob scientiam Juris &
linguarum Latinæ, Gallicæ, & Italicæ, & ob indu-
striam in rebus magnis peragendis patriæ bene mo-
ratæ magno usui esse poterat &c.

(a) Johanni, alias Bauhinus scribitur. Erat Medi-
cus Basiliensis valde clarus, uti etiam ex Epistola
53. patet. Collegam habuit Job. Jac. Weckerum
qui mutuum auxilium sibi invicem præsticerunt.